UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Monath April, biß zu Ende des Jahrs 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103122

N.II. Der General-Staaten, dieserwegen an die Königin in Schweden abgelassenes Schreiben.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52163

Visual Library

1646. Majus. alio modo vorzuſchlagen, oder auf andere, durch dieſen Krieg acquirirte Lande ihre Reflexion zu nehmen, darüber ferner zu tractiren und endlich ſich damit contentiren zu laſſen, Belieben tragen möchten. 1646. Majus.

Ingeſtallt wir ſolches alles zu reiffen mehrerm Nachdencken einem hochlöblichen Fürſten-Rath Evangeliſchen theils, wie auch mündlichem beſſern Anbringen, der Herren Fürſtlichen vornehmen Deputirten wohlbekandten Dexterität und Diſcretion anheim ſtellen thun, und es bey höchſtgedachter Seiner Churfürſtlichen Durchlauchten in Unterthänigkeit zu rühmen Urſach haben. Die es mit allem Dancknehmigen Gefallen um der Herren Abgeſandten hohen Fürſtlichen Principalen und gnädigen Herren bey allen dergleichen Fällen zu erwiedern, um die Fürſtliche Herren Abgeſandte aber mit Churfürſtlichem Willen und Gnaden zu erkennen unvergeſſen ſeyn werden. Vor unſere Perſon aber verbleiben

Der Herren Abgeſandten

Datum Oßnabrück den 4. Maji 1646.

ſamt und ſonders freundwillig und dienſtgeſliſſene

Seiner Churfürſtlichen Durchlauchten und Dero Hertzogthume Pommern zu dieſen allgemeinen General-Friedens-Tractaten anweſende Abgeſandte.

Præſent. den 6. Maji Anno 1646.

Johann Graf zu Sayn und Wittgenſtein.
Johann Friedrich von Löwen.
Matthäus Weſenbeck.

N. II.

Der General-Staaten Schreiben an die Königin in Schweden, wegen Pommern.

Sereniſſima ac Potentiſſima Regina.

N. II. Der General-Staaten Schreiben.

Regiam Majeſtatem Veſtram celare non poſſumus, Sereniſſimum Electorem Brandenburgicum non ita pridem ad nos miſiſſe ac communicaſſe legitimum atque indubitatum Jus Succeſſionis per Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini Bugislai, quondam Ducis Stetini ac Pomeraniæ, obitum, in eundem Ducatum ad Serenitatem Suam devolutum, Electoralemque illam Domum ab hujus reali poſſeſſione atque redituum perceptione propter Majeſtatis Veſtræ arma huc usque impeditam ac præcluſam fuiſſe. Inſuperque Regiæ Majeſtatis Veſtræ Plenipotentiarios Monaſterii atque Osnabrugæ reſpectivè ad Tractatus Pacis ibidem deputatos, publicis ſuis poſtulatis etiamnum inhærere, ac inde reliqua pro Majeſtatis Veſtræ Satisfactione, reſpectu totius Imperii, dicti Pomerariæ Ducatus proprietati inſiſtere.

Id quod Electoralis Sua Serenitas aſſerit, de Regia Majeſtate Veſtra ſe nunquam commeruiſſe, dum cum Eadem coluerit amicitiam ſemper inviolatam, nec unquam ex inſtituto ad Ejusdem præjudicium quicquam commiſerit, prætereaque Serenitas Sua cum Regia Majeſtate Veſtra tam arcto conſanguinitatis nexu ſit conjuncta, ut præter Majeſtatis Veſtræ Regiæ Matrem, neminem omnino conſanguinitatis gradu ſibi proximiorem allegare aut indigitare poſſit; cui accedit, quod hujus Ducatus detentio

1646. Majus. (quippe qui Serenitatis Suæ Prædeceſſoribus Brandenburgicis tanto cruore, labore atque expenſis conſtitit, in quo præcipue ſecuritas & conſervatio totius Electoralis Status ſui conſiſtit) nihil aliud poterit producere & cauſari quam univerſalem ejusdem ruinam ac interitum. Quo ipſo Electoralis Sua Serenitas hocce tempore, ubi ſucceſſu Pacis quilibet in Romano Imperio juvari, ſcopusque, cujus cauſa fervens illud bellum & cruentum hucusque geſtum fuit (nimirum conſervatio Evangelicorum Principum, Majeſtatisque Veſtræ ac Coronæ Sueciæ Agnatorum recuperata ſalus) attingi debet, ſola omnium infeliciſſima foret, ac penitus eorum numero excluſa. Summemoratæ Suæ Serenitatis mens minime eſt, Majeſtatis Veſtræ Satisfactionem in diſputationem vocare, tantoque minus adduci poteſt, ut credat Regiam Majeſtatem Veſtram Chriſtianum ejusdem Juris æquitatisque animum erga Serenitatem Suam exuere velle, anſamque præbere, ut iſtiusmodi Satisfactione ab univerſo Romano Imperio prætenſa, Electoralis Sua Serenitas pro aſſopiendo bello, cujus Sua Serenitas tanquam non intereſſatus & neutralis Princeps, nullam unquam occaſionem dedit, ſola & præter omnem culpam lædatur, inque evidentiſſimum diſcrimen, ruinam ac interitum innocentiſſime conjiciatur. 1646. Majus.

Quapropter per dictam miſſionem nos rogatos voluit, ut interpoſitione noſtra Regiam Majeſtatem Veſtram, pro mutuo fœdere & amicitia peteremus, quo Electoralis Sua Serenitas poſſeſſionem Pomeraniæ hactenus impeditam aſſequi, atque communis Pacis & tranquillitatis Chriſtianæ emolumento & fructu per Majeſtatem Veſtram gaudere poſſit, imprimis cum ſecuritatis Chriſtianæ & firmæ tranquillitatis ſummopere interſit, ne iſtiusmodi eximium Evangelici Status Romanique Imperii membrum, quod ſemper à parte communis cauſæ & boni publici fuit ſtetitque, peſſum eat, aut tantopere lædatur. Neque ſine ægritudine aliqua nobis accideret, Electoralem Domum Brandenburgicam, cum qua non ſolum nobis ſemper interrupta amicitia fœdusque interceſſit, ſed etiam cujus conſervatio & ſalus noſtrum Statum ob multos magni momenti reſpectus & rationes prægnantes tangit & afficit: unde tanto magis nobis perſuaſum habemus, Regiam Majeſtatem Veſtram huic interpoſitioni noſtræ tantum relaturam eſſe, ut ſummemorata Electoralis Sua Serenitas Jure ſuo in Pomeraniam uti atque ejusdem poſſeſſione quiete gaudere poſſit.

Eo ipſo plurimum nobis datum eſſe arbitrabimur, & quovis neceſſitudinis noſtræ ſtudio, omnique officiorum genere tam erga Majeſtatem Veſtram quam Ejusdem ſubditos illud referre certo annitemur; quibus finientes, Sereniſſima & Potentiſſima Regina, Deum Ter Optimum Maximum, ut Regiam Majeſtatem Veſtram diu florentem conſervare ac feliciter regnare velit, rogamus atque contendimus. Dabantur Hagæ Comitis die 15. Maji Anno 1646.

Regiæ Majeſtatis Veſtræ
Ad quævis obſequia paratiſſimi & confœderati
Ordines Generales Unitarum Provinciarum
Belgico-Germaniæ.

Ad Mandatum Eorum
N. N.

§. XLIII.

Interceſſion der Reichs-Stände vor Chur-Brandenburg, wegen Pommern.

Es ſuchten auch die Reichs-Stände, durch eine ſolenne Abordnung, bey den Schweden Repræſentation zu thun, von den ſchweren Prætenſionen auf Pommern,

zu